62.

König Heinrich II. eignet dem durch feindliche Verwüstungen in seinen Einnahmen sehr geschädigten Stift Meißen sechs Ortschaften in den Gauen Dalaminci, Gudici und Nisani.

Frankfurt, 1013 Juli 19.

Hdschr.: *Or. Perg. Stiftsarchiv Meißen.*
Gedr.: *Cod. dipl. Sax. reg. II. 1,24. Stumpf 1585.*
Anm.: *Vergl. Einl. 41 Anm. 258, 189 Anm. 141. 192 Anm. 159. S. A. 76 Anm. 258, 352 Anm. 141, 357 Anm. 159.* *In dorso:* p̄ceptu de vi. villis quas Heinrichus rex dedit mihsnensi aecclesiae (*Saec. XII.*).

(C.) :In nomine sanctae et individuae trinitatis. Heinricus divina favente clementia rex.: — — Quapropter universitati fidelium nostrorum praesentium[a]) ac futurorum patere volumus, qualiter Misnensis episcopus Eiko reclamatione facta nobis innotuit, eandem aecclesiam, cui ipse pastorali cura attitulatus praesideret[a]), iam peccatis exigentibus crebra hostium devastatione desolatam ac pene ad nihilum ita fuisse redactam, ut nomine tantum solo praeesset[a]), reliqua autem de rebus territoriis appertinentia ita ab hostibus fuisse direpta, ut ordini ecclesiastico nec honor debitus aut utilitas aliqua diutius inde exhiberi potuisset. — — Ideo eidem praefatae[a]) aecclesiae[b]) sex villas nostrae proprietatis concedimus, quatuor in pago Dalaminci, Glussi, Difnouuocethla[c]), Zenizi, Miratina cethla[d]), V^am in pago Gudici nomine Golenciza cethla[d]), VI^am in Niseni Brochotina cethla[d]) — —
:Signum domni Heinrici regis invictissimi.: (M.) (SJ.)[e])
:Guntherius cancellarius vice Erchambaldi archicappellani recognovit.:

Data XIIII. kal. aug.[f]), indictione .XI., anno dominicae incarnationis millesimo .XIII., anno autem domni Heinrici secundi regnantis .XII.; actum Vranconowrt; feliciter amen[g]).

63.

Kaiser Heinrich II. tauscht vom Kloster Hersfeld ein Gut zu Riedstedt aus gegen 6 Hufen im Dorfe Bunon, im Hassegau und der Grafschaft Friedrichs gelegen. **Frankfurt, 1015 Jan. 26.**

Hdschr.: *Or. Staatsarchiv Marburg.*
Gedr.: *Wenck, Hess. Landesgesch. 3 Urk. 43. Stumpf 1641.*
Anm.: *Vergl. Einl. 123 Anm. 46. S. A. 229 Anm. 46.*

(C.) :In nomine sanctae et individuae trinitatis. Heinricus divina favente clemencia Romanorum imperator augustus.: Omnibus fidelibus nostris presentibus scilicet et futuris notum esse volumus, qualiter nos quoddam predium situm in villa Rizzesstat dicta cum mancipiis utriusque sexus et cum ceteris omnibus eius pertinentiis ab Heroluesfeldensi[a]) abbacia collaudatione Arnoldi eiusdem aecclesiae venerandi abbatis suique advocati Bernhardi nec non monachorum militumque suorum consensu per concambium acquisivimus ac ei econtra .VI. litorum mansos integros in villa Búnon[b]) in pago

62. *a)* p̄ *b)* acc^l^lae *c)* difnouuocetla, *der Grundstrich des* h *übergeschrieben.* *d)* glussi — mir. cethla, gol. cethla — broch. cethla *nachgetragen.* *e)* *Breßlau, Heinrich II. 2.* *f)* KŁ AVG. *g)* AMEN.
63. *a)* herolues^el^fdensi. *b)* Bún *steht auf Rasur.*